



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. VIII. Contritio charitate perfecta non debet detestari peccatum  
super omnia alia mala intensivè.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

libro tuo, quem scripsisti. Exod. 32. v. 31. & tunc tenetur magis velle mori pro Christo, quam charitatem amittere, sic in proposito est intelligendum, quod non tenetur nunc pro satisfactione vel reconciliatione peccati omnem penam sustinere, quia Deus non exigit: & ideo sicut ego possum salvari non sustinendo Martyrium, sic possum reconciliari Deo sine multis doloribus.

Unde quamvis Beatus non possit habere hanc voluntatem: Mallem carere beatitudinis, quam peccasse, quandoquidem illud peccasse, ut prateritum & remissum, neutiquam sit malum; neque illud non peccasse queat esse medium ad acquirendam, vel amittendam beatitudinem, prout etiam, de facto non peccare, cum sit moraliter impossibile propter abundantiam divinæ gratiæ ipsum peccare; tamen ita debet esse constitutus, quod si per possibile vel impossibile deberet amittere præsentem beatitudinem aut peccare, eligeret carentiam beatitudinis sine peccato.

Similiter, si occurreret occasio & tempus, in quo peccavit, potius eligeret non peccare, quam quolibet alio carere malo. Quæ autem Beati, eadem est ratio animæ verè penitentis in via.

Sed numquid bene sequitur: ergo verè penitens debet absolute desiderare ut occurrat illa occasio? Minime; imò potest desiderare contrarium.

Probat, quia Contritio non includit propositum seu desiderium patiendi infernum, aut mortem temporalem ad vitandum peccatum futurum (quin potius desiderat homo, quod non veniat talis necessitas) sed propositum conditionatum potius patiendi penam æternam, si esset necessitas, quam peccare.

Ergo consimiliter, ad detestationem super omnia peccati præteriti, sufficit, quod peccator habeat propositum conditionatum, scilicet si posset tolli præteriti iis mediis, ea eligerem, seu, quod in idem redit, si nunc redirem ad statum præteritum, potius vellem ista mala pati, quam peccare. Cum hoc tamen stat gaudere, quod pati penam inferni non sit necessarium, nec possibile ad impediendum peccatum præteritum.

Sicuti potest quis optare, ne occurrat occasio Martyrii, & tamen ex amore Dei super omnia esse paratus, ut si ea occurrat, velit illud tolerare citius, quam Deum offendere. Cum enim faciliori medio possit peccatum vitare, quam subeundo mortem, similiter faciliori medio à peccato liberari, si quod forte contraxerit; cur debeat absolute & efficaciter desiderare medium tam arduum? Non video ullam vel apparentem rationem.

Eleganter Doctor Seraphicus 4. dist. 16. p. 1. a. 2. q. 1. Sicut non oportet habentem charitatem velle mori pro Christo: sed in casu, in quo

vel oportet ipsum amittere charitatem vel vitam: tunc tenetur magis velle mori pro Christo, quam charitatem amittere, sic in proposito est intelligendum, quod non tenetur nunc pro satisfactione vel reconciliatione peccati omnem penam sustinere, quia Deus non exigit: & ideo sicut ego possum salvari non sustinendo Martyrium, sic possum reconciliari Deo sine multis doloribus.

Et infra in fine illius questionis sic ait: Ad illud, quod obiicitur, quod pauci vel nulli mallent esse cæci, quam peccasse, iam patet responsio secundum viam prælatam. Si enim in necessitate essent positi, scilicet vel quod à detestatione peccati desisterent, vel quod oculos amitterent: & loquor de detestatione interiori, necessario haberent præcogitare (amissionem oculorum) nunc autem non habent.

Sed hæc satis de excessu appetitativo. Inquiro ulterius, an Contritio charitate perfecta debeat detestari peccatum super omnia, etiam intensivè? Responso erit

CONCLUSIO VIII.

Contritio charitate perfecta non debet detestari peccatum super omnia alia mala intensivè.

Id est, Contritio charitate perfecta iustificat, quantumque imperfecta sit in intentione accidentali; quod aliqui his verbis expriment: Contritio charitate perfecta, ut iustificet extra Sacramentum, non requirit certam aliquam intentionem accidentalem, seu determinatos gradus intensivis. Ita intellecta Conclusio, est D. Bonaventuræ 4. dist. 16. p. 1. a. 2. q. 1. quidquid pro contraria opinione, sed perperam, ut patebit ex verbis ipsius, quæ mox subjicio, allegetur ab Hiquero in suo Commentario 4. dist. 14. q. 2. n. 97. verba Doctoris Seraphici sunt isthæc:

Dicendum quod cum quaritur de quantitate doloris, dolor potest dici displicentia rationis, vel passio ex hac resultans in sensualitate. Si hoc secundo modo accipiatur, dico, quod non est necesse magis dolere de peccato, quam de re temporali: nec etiam necesse est dolere, quia non est in potestate cuiuslibet, talis enim dolor non consequitur amorem, sed consequitur ipsam affectionem, & affectio experientialem cognitionem; & quia non omnes habent experientiam divinæ dilectionis, ideo non omnes ita sensibilibus dolent de peccatis: tamen quod magis etiam sensibilibus doleat aliquis de peccato, quam de aliquo damno, hoc est perfectionis & congruum, non necessarium.

Sed in quantum dolor dicitur displicentia rationis, sic dico, quod displicentia mensuratur secundum quantitatem charitatis. Quantitas autem charitatis dupliciter potest accipi, vel in se, vel in comparatione ad

moti pro Christo. S. Bonavent.

237. Explicat, Conclusio.

Hiquero

& ostenditur esse D. Bonaventuræ 12.

Contritio doloris quoad sensum non debet esse maximus.

neque secundum displicentiam rationis absolute.

Peccatum... Charitas non potest inclinare ad offendendum Deum... Non est necesse quod per charitatem detestemur peccatum super omnia mala in hypothese impossibili...

ad alios amores. In se sic dico, quod est parva, & maior, & maxima. In comparatione ad alios, sic dico, quod vendicat sibi dominium in corde, quamdiu est, nec unquam ibi est, nisi sit domina: unde dico, quod ad hoc quod aliquis habeat charitatem, necesse est quod diligat Deum super omnia.

238. Quid sit diligere Deum super omnia ex S. Bonavent.

Dubitas, quid sit diligere Deum super omnia? Hoc autem est (prosequitur D. Bonaventura) diligere Deum super omnia, quod pro nullo damno vel commodo velit offendere Deum: sic intelligendum est de displicentia Contritionis. Unde dico, quod peccatum debet tantum displicere rationi, quod nullo pacto, nullo commodo vel incommodo velit in ipsam consentire vel consentire: quoniam voluntas, qua ex aliqua causa consentit in peccatum, ipsa non est.

Contritio secundum displicentiam rationis debet esse maximum in comparatione ad alios dolores.

Et infra sic ait: Si ergo queritur, utrum dolorem Contritionis necesse sit esse maximum. Si dicatur de dolore sensualitatis, manifestum est quod non. Si de displicentia rationis, aut quantum ad intentionem motus absolute; & sic nec hoc modo oportet esse maximum. Si in comparatione ad alios dolores, dico sicut de amore, quod oportet quod habeat prae-dominium. Illud autem prae-dominium non consistere in gradibus intensiois, perspicue manifestum est ex precedentibus.

Conclusio.

Igitur ex mente hujus Sancti viri & Eximii Doctoris Ecclesiae, Contritio justificativa non requirit determinatum gradum intensiois, sed quantumcumque parva, dummodo habeat prae-dominium precedenti Conclusionem explicatum, sufficit. Ad illud, inquit ibidem Doctor Seraphicus, quod obicitur, quod minima gratia delet omnem culpam, sufficit, si sit gratia informatus: sed tamen nunquam gratia informat, quin vendicat sibi in corde dominium quoad actum vel motum voluntatis rationalis, non sensualitatis.

Dolor quantumcumque sit parvus, sufficit, si sit gratia informatus. S. Bonavent.

Infero; ergo semper gratia informat, quando vendicat sibi in corde dominium: ergo tunc delet omnem culpam. Quomodo clarius potuisset suum sensum Bonaventura explicare? Unde nescio qua veri apparentia ab Hiquæo adferatur pro contraria opinione.

239. An Scotus teneat contrarium Conclusio-nis.

Quantum ad Scotum, videtur contrarium Conclusionis nostrae insinuare 4. dist. 14. q. 2. n. 14. ibi: Peccator in peccatis existens .... potest ex naturalibus cum communi influentia considerare peccatum commissum, ut offensivum Dei, & ut contra legem divinam &c. & potest voluntas ipsum sub aliqua istarum rationum, vel sub multis illud peccatum sic consideratum detestari, & ille motus potest continuari & intendi ante infusionem gratiae. Potest etiam ista detestatio esse totaliter circumstantionata circumstantiis moralibus debitis &c. Iste autem motus dicitur Attritio, & est dispositio sive meritum de congruo ad deletionem peccati mortalis, quae sequitur in ultimo instanti alicuius temporis, in quo tempore ista Attritio duravit.

Et post pauca: sed si est Attritio perfecta circumstantionata in genere moris, videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiam in termino illius Attritionis acquirendam; in termino, inquam, quem Deus praescribit debere esse terminum illius Attritionis, quam usque tunc vult continuari: vel enim oportet dicere quod iustificetur peccator sine omni dispositione sufficiente de congruo ex parte eius; & per consequens difficile est salvare, quod apud Deum non sit acceptio personarum, ut dictum est lib. 2. dist. 6. q. 2. vel nulla potest esse sufficientior dispositio ad istam iustificationem, quam ista Attritio perfecta circumstantionata in genere moris: & tunc in ultimo instanti, vel aliquo, usque ad quod Deus determinavit Attritionem debere durare, ad hoc, ut sit meritum de congruo ad iustificationem; insinuat gratia & tunc simpliciter deletur peccatum.

circumstantionata in genere moris, videtur omnino dispositio sufficiens ad iustitiam in termino illius Attritionis acquirendam; in termino, inquam, quem Deus praescribit debere esse terminum illius Attritionis, quam usque tunc vult continuari: vel enim oportet dicere quod iustificetur peccator sine omni dispositione sufficiente de congruo ex parte eius; & per consequens difficile est salvare, quod apud Deum non sit acceptio personarum, ut dictum est lib. 2. dist. 6. q. 2. vel nulla potest esse sufficientior dispositio ad istam iustificationem, quam ista Attritio perfecta circumstantionata in genere moris: & tunc in ultimo instanti, vel aliquo, usque ad quod Deus determinavit Attritionem debere durare, ad hoc, ut sit meritum de congruo ad iustificationem; insinuat gratia & tunc simpliciter deletur peccatum.

Hic Scotus non docet in terminis, requiri aliquam intentionem gradualemente in Contritione live Attritione perfecta; potissimum enim loquitur de duratione: sed intelligi debet, inquit Hiquæus supra, inter ceteras circumstantias, quas dicit requiri ad esse morale huius actus. Praeterea eam insinuat, ait idem Auctor, eadem dist. q. 4. in fine, & dist. 17. q. 2. & sequitur ex iis, quae docet in 3. dist. 27. a. 3. & dist. 29. q. 1. 2. & 3.

Verum haec distinctio apud me solum habet unicam quaestionem, in qua nihil dicitur, quod vel remotissime pertinet ad nostram controversiam: Similiter dist. 17. in libro, quo ego utor, absolvitur unica quaestio, in qua nihil reperio ad hoc propositum.

Quantum ad dist. 14. q. 4. in fine, ibi non invenio, nisi haec verba n. 7. Non solum ergo attritus per aliquod tempus usque ad certum instanti, in ultimo instanti recipit gratiam delentem peccatum &c. Et infra: Alioquin non appareret, quomodo Sacramentum Penitentiae esset secunda tabula, si nunquam per ipsum, ut Sacramentum est, posset recuperari secunda gratia amissa; sed tantum per Attritionem tanquam per praeviam dispositionem, & per Contritionem tanquam per dispositionem completivam.

Deinde n. 9. sic lego: Concedo ergo quod ante perceptionem dignam Penitentiae oportet suscitari vel simpliciter, & tunc per Penitentiae Sacramentum non deletur peccatum, sed gratia quae insit augetur: vel suscitari secundum quid, scilicet ut habeat aliqualem displicentiam de peccatis, & propositum cavendi de cetero, & velit suscipere Sacramentum Penitentiae, in quo Attritio sit Contritio &c.

Quomodo autem Scotus hic insinuet, quod ad Contritionem perfectam requiratur determinata intensio, haud satis clare video; cum potius agat de duratione, ut patet ex prioribus verbis. Porro conjectura est, illam intentionem intelligi debere inter ceteras circumstantias, quas primo loco dicit requiri ad esse morale huius actus; unde si asserere probare est, negare est repro-bare.

241. Penitentia non est in se ipsa, sed in actu.

de iustitia non est in se ipsa, sed in actu.

242. Deum amare non est in se ipsa, sed in actu.

243. Consequitur non de intentione, sed de duratione.

244. Contra compositum hoc magis dicitur, quod est in se ipsa, sed in actu.

Consequitur est, interea non debet intelligi inter ceteras circumstantias.

Restat.

241. Reslat dist. 27. ubi n. 19. sic ait Doctor Subtilis: De tertio dico, sicut dictum est dist. 17. primi libri, quod ille habitus charitatis quantum ad substantiam actus dat aliquam intensiorem ulterrimam, quam eadem potentia, & ex equali conatu dare non potest actui suo. Loquitur de habitu infuso & actu supernaturali, quem videtur distinguere ab actu naturali per ulteriorem intensiorem. Cum ergo Contritio sit actus supernaturalis, secundum Scotum exigit determinatam intensiorem.

Sed nec ille locus quidquam convincit, nisi Hiquaeus probaverit, Scotum ibi per intensiorem intelligere intensiorem accidentalem sive perfectionem gradualem, & non potius intensiorem sive perfectionem essentialem, quod verius apparet ex his, quae subjungit.

242. Doctor Subtilis eadem dist. n. 16. sic dicitur: De primo dico, quod illud, Super omnia, potest intelligi extensivè, puta plus diligit Deum quam omnia alia, & citius velle omnia alia non esse, quam Deum non esse; & intensivè, puta ex maiori affectu vult Deo bene esse, quam alicui alteri.

De primo membro conceditur communiter, quod nihil aliud à Deo, nec omnia simul sunt eque appetenda sicut Deus.

De secundo ponitur una distinctio, quod amor excedit amorem, vel quia ferventior sive renerior, vel quia fortior sive firmitior; & dicuntur isti amores sese excedere, sicut mater dicitur tenerior, & ardentius diligere filium, pater vero fortior & firmitus, quia maiori periculo se exponeret pro amore filii.

Hoc modo dicitur, quod dilectio Dei debet esse super omnia quantum ad firmitatem, ne scilicet aliquid aliud possit ab hoc evellere: sed non oportet quod sit super omnia, quantum ad fervorem & tenentiam & dulcedinem, quia aliquando invenit se quis ferventius diligere creaturam, quam alius Deum.

243. Verùm hæc distinctio non placet Scoto, ideoque contra eam arguit hoc modo: Quia solum hoc magis diligitur, quod firmitus diligitur: hoc enim magis diligo, cui minus volo malum accidere, & pro cuius bono salvando magis me expono ex amore, quia exponere sequitur amorem, & hoc loquendo de amore, qui est actus voluntatis, non de illo, qui est passio appetitus sensitivi.

Est igitur aliqui dicantur diligere ferventius vel tenerius, qui tamen firmitus non diligunt, hoc non est ex aliquo excessu amoris intellectivi in eis, sed forte alicuius passionis amoris sensitivi: sicut aliqui, qui dicuntur devoti, sentiunt aliquam maiorem dulcedinem, quam alij multo solidiores in amore Dei, qui centuplum promptius sustinent martyrium: nec dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quadam actui retributa,

quæ Deus allicit & nutrit parvulus, ne desiciant in via.

Concludit Doctor sub hac forma verborum: Dico igitur, quod illud, Super omnia, debet intelligi utroque modo (scilicet extensivè & intensivè) sicut enim tenet diligere Deum super omnia alia extensivè, ita etiam maiori affectu quam aliquid aliud.

Dubitas an maiori affectu ex parte subiecti, id est, secundum gradus intensivos; an vero maiori ex parte objecti, id est, secundum essentiam? Et dico (prosequitur Scotus) maiori simpliciter, quia scilicet magis repugnat effectui opposito, quia facilius possit inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscumque alterius, quam Dei.

Ille igitur diligit Deum super omnia intensivè iuxta mentem Scoti, qui facilius possit inclinari ad oppositum dilectionis cuiuscumque alterius, quam Dei. Ergo non requiritur maior affectus ex parte subiecti, id est, secundum gradus intensivos; sed sufficit maior affectus ex parte objecti, id est, secundum essentiam.

Audiamus Scholium præfixum num. 16. jam jam citato: Ait, inquit, Scotus Deum esse diligendum super omnia intensivè & extensivè, & ideo tribuitur ei quod velit nos teneri ad amorem Dei intensiorem omni alio, & Valentia 2. 2. distinct. 3. qu. 4. p. 1. dicit neminem præter Scotum hoc tenere. Sed Scotus hoc non tenet, & alii multi tenent. Scotus vero tantum ait, Deum super omnia amandum esse extensivè & intensivè, sicut explicatur hæc ab aliis; id est, tenerius & firmitus Deum plus cæteris amandum, quia intensivè illis duobus modis pro uno, & eodem reputat, sed non dicit maiori amore gradualem eum esse amandum, sed solum maiori affectu, ad quem sufficit majoritas appetitiva seu affectus magis exclusivus oppositi. Huc usque Scholium.

246. Ergo consimiliter Scotus per intensiorem ulteriorem, quam docet nu. 19. habitum supernaturalem dare actui supernaturali, non intelligit intensiorem ex parte subiecti sive gradualem, sed intensiorem ex parte objecti sive essentialem. Quantum (inquit) ad substantiam actus (id est rationem ejus genericam, quæ desumitur ex objecto & modo tendendi naturali lumine noto) dat aliquam intensiorem ulteriorem, id est, commensurationem eum objecto, per quam constituitur actus in ratione specifica supernaturali.

Colligo ex dist. 17. primi libri, quam citat, ubi qu. 3. nu. 21. sic ait: Quantum ad primum articulum potest dici, quod ex nullo actu, quem experitur, nec ex substantia actus, nec ex intensiōne actus, nec ex delectatione, sive facilitatione in operando, neque ex bonitate sive retributione morali actus, possumus concludere aliquem talem

Ly Saper omnia debet intelligi extensivè & intensivè.

244. De qua intensiōne Scotus fit intelligendus accidentaliter seu gradualem, an vero tantum essentialiter.

245. Scotus non docet nos tenere ad amorem Dei gradum dualiter intensiorem omni alio.

246. Scotus per intensiorem ultimam docet habitum supernaturalem dare actui non intelligit gradualem.

Colligitur ex alio loco Scoti. Ex nullo actu nostro vel circumstantia ejus probari potest dari habitum supernaturalem.

ralem habitum supernaturalem inesse; quia quocumque istorum dato, posset aliquis habens charitatem cognoscere certitudinaliter se esse in charitate, ex hoc scilicet quod actum illum sibi experiretur inesse, vel actum sic intensum sibi inesse, vel sic delectabiliter, vel faciliter inesse, vel recte rationi consonum esse.

Ratio illius doctrinae.

Ratio autem quare non potest concludi ex actu, vel aliqua conditione ipsius actus talem habitum inesse, est, quia vel actus ex sola potentia potest habere omnia praedicta concurrente ratione recta, sicut tenendo quartam viam in precedenti Conclusionem positam, vel si concurreret habitus aliquis propter aliquam conditionem praedictarum, posset iste esse aliquis habitus acquisitus; posset enim amicitia acquisita tantam intensiorem (scilicet gradualement) actui dare, sicut causa secunda cum potentia, & prima posset etiam tantam facilitatem & delectationem tribuere: posset etiam habitus ita consonus esse rationi rectae, quod actus elicitus nullam conditionem evidenter apparentem haberet, ex qua necessario concluderetur ipsum elici secundum habitum supernaturalem.

247. Potentia cum habitu acquisito potest dare tantam intensiorem gradualement actui suo, quantam potentia cum habitu infuso.

Quid sit intensio essentialis?

2. Petri 1. v. 4. Per quem (Christum Jesum Dominum nostrum) maxima & pretiosa nobis promissa donavit (fidem, spem, & charitatem) ut per haec efficiamini divinae consortes naturae.

248. Quid Scotus de ea sentiat?

In actu supernaturali est specialis aliqua conditio, scilicet quod sit specialiter acceptabilis Deo.

Hanc conditionem accipit ab

Vides quomodo Scotus hic affirmet solam potentiam, aut certe potentiam cum habitu acquisito, posse dare tantam intensiorem actui suo, quantam potest eidem dare cum habitu infuso? Vel ergo sibi ipsi contradicit, vel utrobique non loquitur de eadem intensiōne; sed lib. 1. de intensiōne graduali, & proprie dicta, lib. autem 3. de intensiōne magis impropria, scilicet objectiva seu essentiali, quam nos interpretamur commensurationem actus supernaturalis cum suo objecto, quae probabiliter in eo consistit, quod actus ille sit quasi ejusdem ordinis cum Deo, qui est ejus objectum, nempe supernaturalis, & divinae quoddam naturae consortium, juxta illud 2. Petri 1. v. 4. Per quem (Christum Jesum Dominum nostrum) maxima & pretiosa nobis promissa donavit (fidem, spem, & charitatem) ut per haec efficiamini divinae consortes naturae.

Paulo aliter ratiocinatur Scotus supra lib. 1. dist. 17. q. 3. n. 22. concludens superiorem discursum hinc verbis: Dico igitur quod ultra omnes conditiones praedictas, videlicet ultra intensiōnem actus, delectationem, facilitationem in agendo, rectitudinem sive bonitatem, & conformitatem rationi rectae, sive rectae secundum dictamen prudentiae, sive secundum dictamen fidei. Ultra, inquam, haec omnia creditur esse una conditio in actu (supernaturali) videlicet quod est acceptabilis Deo, non quaedam communi acceptatione solummodo, quantumtenus acceptat omnem creaturam, vel quo etiam modo vult actum substratum peccato, alioquin non esset ab ipso, sed ex acceptatione specialis, quae est in voluntate divina: ordinatio huius actus ad vitam aeternam tanquam meriti condigni ad premium.

Hanc autem ordinationem accipit actus, secundum Scotum ibi, ab habitu supernaturali:

Hoc modo (inquit ille) credimus etiam naturam nostram beatificabilem, iustam esse habitualiter acceptam, hoc est, quando non actualiter operatur: adhuc tamen voluntas divina eam ordinat ad vitam aeternam tanquam dignam tanto bono secundum dispositionem, quam habet habitualiter in se. Propter hanc acceptationem natura beatificabilis habitualem, etiam quando non operatur, & propter acceptationem actualem actus elicitus a tali natura, oportet ponere unum habitum supernaturalem, quo habens formaliter acceptetur a Deo, & quo actus elicitus eius acceptetur tanquam meritorius. Sic enim non videtur acceptari natura vel actus sine aliquo habitu informante, quia, sicut argutum est, non videtur Deus altam volitionem secundum rationem habere de obiecto nullo modo diversificato, nec etiam actus ut acceptabilis Deo, videtur esse in potestate agentis, nisi illud quo formaliter ageret sic, esset forma eius. Haecque Scotus.

Posset ergo per ulteriorem intensiōnem, quam dat habitus infusus charitatis, intelligi ratio meriti, quam procul dubio eadem potentia, & ex aequali conatu dare non potest actui naturali.

Et quamvis haec ratio completè & formaliter sit quid extrinsecum actui supernaturali in sententia Scoti; equidem fundamentaliter est ipsa substantia actus, qui propter suam dignitatem, puta commensurationem cum obiecto divino, praeter ceteris actibus a Deo acceptatur tanquam meritorius de condigno vitae aeternae; adeo ut nullus actus naturalis mereatur vitam aeternam de condigno, nisi a virtute supernaturali fuerit imperatus, id est, per actum aliquem supernaturalem fuerit quasi elevatus ad statum divinum.

Porro haec dignitas, quanta quanta est, provenit actui ab habitu supernaturali, vel auxilio gratiae actuali, supplente vicem habitus, tanquam a causa efficiente. Siquidem actus supernaturalis in substantia dicitur, qui a nullis causis secundis ordinis naturalis, quantumvis bene applicatis, potest procedere, nisi communicetur ipsis aliquod principium physicum, quod nullo modo sit causabile effectivè à causis secundis, quantumcumque bene applicatis (sive illud principium sit intrinsecum causis secundis agentibus, sive extrinsecum) & quod sit etiam particulariter requisitum & ordinatum principaliter ad productionem illius actus, non ex ratione creaturae, sed ex eo quod non sit virtus adaequata in ipso agente, sine illo principio ad productionem effectus istius, ob naturam particularem ejus.

Quod probè intelligens Scotus, ad dubium: Qualiter habitus supernaturalis sit ratio acceptandi naturam & actum? Respondet n. 23. Oportet dicere quod iste habitus praeter hoc, quod est, decor spiritualis, etiam est inclinans ad determinatos actus, & hoc

habitu fu. p. 104. 105.

249. Posset per ulteriorem intensiōnem, quam dat habitus infusus charitatis, intelligi ratio meriti.

Quid sit intensio essentialis?

Provenit actui ab habitu naturali tanquam a causa efficiente.

Quis dicitur actus supernaturalis in substantia?

250. Qualiter habitus supernaturalis sit ratio acceptandi naturam & actum? Respondet n. 23. Oportet dicere quod iste habitus praeter hoc, quod est, decor spiritualis, etiam est inclinans ad determinatos actus, & hoc

Et hoc sine non activè secundum quartam viam... Probatur primò; quia alioquin videretur quòd...

Secundo probatur idem; quia alioquin non videretur verum esse quòd dicit Augustinus de lib. arbit. Quod gratia se habet ad liberum arbitrium...

Profectò habitum supernaturalem charitatis distingui specie physica ab habitu naturali... Idem asserit in Reportatis ( novissimæ editionis) eadem distinct. n. 17. eisdem verbis usque ad ly Quæcumque. Porò nu. 18. sic inquit: Ad sextum dicendum, quòd amicitia...

Idem asserit in Reportatis ( novissimæ editionis) eadem distinct. n. 17. eisdem verbis usque ad ly Quæcumque. Porò nu. 18. sic inquit: Ad sextum dicendum, quòd amicitia acquisita & infusa non sunt eiusdem speciei, nec differunt tantum per efficientes causas, sed per suas naturas...

Ex quibus ego infero: ergo, secundum Scotum, etiam actus supernaturalis specie distinguitur ab actu naturali, & non tantum penes intensionem graduaalem. Probatur Consequentia; quia actus supernaturalis non potest esse à sola voluntate ut efficiente; actus autem naturalis potest ab ea causari.

Nec obstat, quòd homo creatus, & generatus sint ejusdem speciei, ut patet in Adamo, & aliis hominibus; non obstat, inquam, quia ab eodem principio anima Adami, & aliorum hominum producitur, idque per creationem; quòd autem anima Adami à solo Deo fuerit unita, non erat, quia in natura non esset sufficiens virtus ad producendam illam unionem; sed quoniam tunc adhuc nulla creatura existerat, quæ haberet illam potentiam: unde nec corpus, nec illa unio in creatione primi hominis exigebant ex natura sua à solo Deo produci; sicuti ex natura sua habitus supernaturalis postulat produci à solo Deo, & actus supernaturalis ab habitu, vel actuali auxilio supplente vicem habitus. Atque hæc sufficiant pro explicatione Scoti.

Veniò ad probationem Conclusionis, quæ talis est: abique solido fundamento non est imponenda hominibus obligatio summæ vel alicujus certæ & determinatæ intensionis accidentalis; atqui nullum hujusmodi apparet fundamentum seu ex Scriptura, seu ex Conciliis aut SS. Patribus, minus ex ratione: ergo illa obligatio non est asserenda. Videamus singula, & maturè expendamus.

Scripturæ, quæ adferuntur pro asserenda hac obligatione, sunt, Joël. 2. v. 12. Convertimini ad me in toto corde vestro &c. & similes, quibus significatur conversio peccatoris debere esse ex toto corde, vide conclus. 7. in principio. Scripturæ ergo, inquit Hiquæus supra, exigit vehementem conatum animi ad detestandum peccatum.

Eundem conatum exigunt Patres, D. Augustinus Epist. 54. ad Macedonium, & habetur distinct. 3. de Penit. cap. 33. ibi: Aut si me ab hac nequitia revocatis, dicite, utrum mihi aliquid preste ad vitam futuram, si in ista vita illecebrossimæ voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero, si ad castigandum corpus meum, multa mihi etiam licita & concessa subtraxero, si me penitendo vehementius, quam prius excruciavero, si miserabilis ingenuero, si stervero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentius; quis vestram ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt imposterum; vade, saltem huius vite suavitate perscrutere? Avertat Deus tam immanem sacrilegij dementia. Quæ, subjungit Hiquæus, expriment majorem conatum voluntatis pœnitentis, quem supponit necessarium idem Sanctus, ut relapsi sperent veniam à Deo, quibus Ecclesia Pœnitentiam non concedit ad aliorum terrorem & disciplinam.

Sed, pace tua Hiquæe, ubi idem Sanctus istum majorem conatum supponit necessarium? Non in ista Epistola, ut manifestum

252 non Obiectio solvitur.

253 Probatio Conclusio nis.

Scripturæ que videntur obligare ad intentionem graduaalem.

254 Auctoritas S. Augustini.

255 que tantum probat utilitatem.

margin notes on the left side of the page, including 'habitu su...', '249. Posset pet...', '250. Qualiter be...', '251. Quis dicit...', '252. non Obiectio solvitur.', '253. Probatio Conclusio nis.', '254. Auctoritas S. Augustini.', '255. que tantum probat utilitatem.'

margin notes on the right side of the page, including '252 non Obiectio solvitur.', '253 Probatio Conclusio nis.', '254 Auctoritas S. Augustini.', '255 que tantum probat utilitatem.'

non necessi-  
tatem.

fit ex verbis allegatis, in quibus non fit mentio nisi utilitatis ejusmodi Pœnitentiæ, quam nemo Catholicus hæcenus negavit: Quis, inquit, ita desipit, ut huic homini dicat; nihil tibi ista proderunt imposterum &c.

Alia aucto-  
ritas, quæ  
ab Hiquæo  
adductur  
tamquam  
Aug. non est  
ejus, sed D.  
Ambrosii.

An forte lib. 1. de Pœnitentiâ c. 2. (& ponitur dist. 1. de Pœnitentiâ c. 78.) ubi sic legitur: Deus definitionem non facit, qui misericordiam suam promissit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggeravit, exaggeret etiam Pœnitentiâ? Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus. Verùm hic liber non est D. Augustini (quidquid perperam existimet Hiquæus) sed D. Ambrosii.

256.  
Tertia au-  
toritas D.  
Augusti.

Citat etiam Hiquæus homiliam de Pœnitentiâ, & habetur, inquit, in eadem dist. c. 85. Doloris mensura potius quàm temporis, in actione Pœnitentiæ consideranda est. Illa verba non habentur c. 85. sed 84. quod sic incipit: In actione Pœnitentiæ, ubi tale crimen commissum est, ut is qui commisit, à Christi etiam corpore separaretur, non tam consideranda est mensura temporis, quàm doloris.

Quarta au-  
toritas D.  
Hieronymi.

Similia referuntur ex D. Hieronymo c. 86. Mensuram temporis, inquit Hieronymus, in agenda Pœnitentiâ idcirco non satis aperte præfigunt Canones pro unoquoque crimine, ut de singulis dicant, qualiter unumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum statuant: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris.

D. Hier. lo-  
quitur de  
satisfactione  
injungenda  
pro peccatis.

Loquitur S. Hieronymus de satisfactione injungenda pro peccatis, cujus satisfactionis determinationem Ecclesia relinquit in arbitrio Sacerdotis, intelligentis statum pœnitentis. Unde, ut bene notat Glossa ibi verb. Doloris, tantam Contritionem posset Sacerdos perpendere in homine, quod nullam satisfactionem ulteriorem ei imponeret, utpote planè confidens, per excessum Contritionis totam pœnam simul cum culpa remissam. Ergo requiritur ad Contritionem justificativam determinata intentio gradualis, negatur Consequentiâ.

257.  
Quinta au-  
toritas est  
S. Ambrosii.

Sed pergamus ad alias auctoritates. D. Ambrosius ad virginem lapsam cap. 8. sic inquit: Sed quanta pœnas & qualis necessaria Pœnitentiâ, quæ aut æquet crimina, aut cerè excedat? Vide ergo si simplex hoc peccatum adulterii est, an duplex sit per illam necem, quæ facta dicitur in occulto, & secundum conscientiam molem adhibenda est Pœnitentiâ magnitudo. Et infra: Cor verò sit liquefens sicut cera, ieiunius inquietans seipsum &c. Ac post pauca subiungit: Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Fortius est dolendum, quia peccatum est fortius.

Sexta Divi  
Cypriani.

Similiter loquitur D. Cyprianus tract. de lapsis ibi: Quam magna deliquimus, tam magna desileamus. Alio vulnere diligens & longa medicina non desit; Pœnitentiâ crimine minor non sit.

Verumenimverò hæc omnia loca, & similia, commodè explicari possunt, vel de Contritione summa appetitiivè, seu de intentione entitativa, vel de eo, quod magis certum est, & plenius satisfaciunt, non solum pro culpa, sed etiam pro pœna temporali, quæ remissa culpa remanet exsolvenda, vel in hoc saculo, vel in Purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere possit.

Colligitur ex D. Hieronymo supra, & ex D. Cypriano, qui verbis mox allegatis atexit: Orare oportet impensius, & rogare, diem luctu transgere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare &c. quæ omnia nemo dixerit necessaria fore ad remissionem culpæ, five justificationem.

Scripturæ itaque & Patres hortantur peccatores ad id, quod melius est, ne forte, dum minus volunt aut faciunt, non habeant etiam quod sufficiat, præsertim cum extra omne dubium sit ad deletionem pœnæ correspondenti majori culpæ, majorem requiri satisfactionem, tum internam per dolorem, tum externam per opera bona & pœnalia, quàm ad deletionem pœnæ correspondenti minori culpæ.

Tellus est Concilium Tridentinum sess. 14. c. 8. ibi: Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererit pro qualitate criminum, & pœnitentiæ facultate, salutaris & convenientes satisfactiones iniungere; ne, si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quedam opera pro gravissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Stabant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem. Ergo secundum Concilium major vindicta & castigatio debetur majori peccato, minor minori.

Et quoniam satisfacere possumus pro peccatis, non solum pœnis, arbitrio Sacerdotis pro mensura delicti impostis, sed etiam pœnis sponte non nobis susceptis, ideo rectissime movent SS. Patres omnes peccatores, ut pro mensura delicti, sponte suscipiant pœnas, graviores utique pro gravioribus delictis. Hæc est genuina expositio Scripturæ, & SS. Patrum.

Neque plus voluit Concilium Trident. sess. 14. c. 2. circa finem, ubi sic docet: Aliud est præterea Baptismi, aliud Pœnitentiæ fructus; per Baptismum enim Christum induentes nova protus in illo effusam creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus & laboribus, divinâ id exigente iustitiâ, pervenire nequaquam possumus: ut merito Pœnitentiâ laboriosius quidam Baptismus à SS. Patribus dicitur fuisse.

258.  
Explicatur  
de satisfactio-  
ne necesse  
satis etiam  
ad remissio-  
nem pœnæ  
temporalis.

Colligitur  
ex D. Hiero-  
& D. Cypri-

259.  
Scripsum  
itaque &  
Patres hoc  
tantur pecc-  
atores ad  
id quod mel-  
lius est.

Major vind-  
icta debet-  
ur majori  
peccato, &  
quàm mi-  
nori.  
Conc. Trid.

260.  
quæ usque  
incentiva  
satis magis  
habentur  
suo loco  
docet.

260.  
Obiicitur  
Trident. ubi  
dicitur per  
Sacramentum  
Pœnitentiæ  
non posse  
perveniri ad  
integram  
peccatorum  
remissio-  
nem sine  
magnis  
labo-  
ribus.

Ubi,

Ubi, inquit Hiquæus supra n. 99. Conci-  
lium ex mente Patrum intentionem doloris  
requirit interpretatur & docet. Quantum ergo  
illi distinctio (doloris appetiatiui) facilitat  
Penitentiam, in tantum enervat sollicitu-  
dinem peccatorum, quod non videtur ad e-  
dem congruum modo loquendi Patrum, & Scri-  
pturæ: unde merito Alenfis; Qui non doletur,  
magis de peccato, quam de amissione unius  
oboli, non censetur contritus, aut dispositus ad ve-  
niam. Hæcque Hiquæus.

261. Respondeo, nihil clarius, quam Concilium  
loco iam allegato, per plenam & integram pec-  
catorum omnium remissionem, intelligere remissio-  
nem peccatorum quoad reatum culpæ, & om-  
nis penæ. Illam siquidem fructum tribuerat  
Baptismo Iess. 5. in decreto de peccato origi-  
nali §. 5. ibi: In renatis enim nihil odit Deus,  
quia nihil est damnationis eis, qui vere consensu  
sunt cum Christo per Baptisma in mortem; qui non  
secundum carnem ambulavit, sed, veterem hominem  
exuentes, & novum hominem, qui secundum Deum  
creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri,  
innocentes, ac Deo dilecti effecti sunt, heredes quidem  
Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil profusus  
eis ab ingressu cali remoretur. Remoretur autem  
aliquid, si Baptismus non remitteret omnia  
peccata quoad culpam, & penam.

262. Porro istum effectum negat Concilium Sa-  
cramento Penitentia sine magnis nostris  
luctibus & laboribus, non quod illi luctus &  
labores sint necessarii ad remissionem pec-  
catorum quoad culpam, sed ad plenam & inte-  
gram remissionem quoad culpam & omnem  
penam alterius vite.

Hinc Iess. 6. cap. 14. sic ait: Vade docendum  
est Christiani hominis Penitentiam post lapsam multo  
aliam esse à baptismali, eaq; contineri, non modo  
cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut  
contritum & humiliatum, verum etiam eorum-  
dem sacramentalem confessionem, saltem in voto, &  
suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutio-  
nem; itemq; satisfactionem per jejunia, elemosinas,  
orationes, & alia pia spiritualis vite exercitia, non  
quidem pro pena aeterna, quæ vel Sacramento, vel  
Sacramenti voto unà cum culpa remittitur, sed pro  
pena temporalis, quæ, ut sacre litteræ docent, non  
rara temper, ut in Baptismo fit, dimittitur illis.

Itaque distinctio doloris appetiatiui non  
enervat sollicitudinem peccatorum; quoniam  
peccatores solliciti esse debent de remissione  
peccatorum non tantum quoad culpam, sed  
etiam quoad penam; dolor autem appetiati-  
vus tantum faciliat remissionem peccato-  
rum quoad culpam. Facilitat, inquam, aut me-  
lius, reddit justificationem moraliter possibi-  
lem, & tollit plura inconvenientia, quæ se-  
quuntur ex necessitate doloris summè intensi  
gradualiter.

264. Quippe, nulla ordinariè est intentio actus  
tanta; quin possit dari major absolute, quam

vis fortè non ex vi talis auxilii. Sed nec illa  
requiritur; quia sic aliquando peccator justifi-  
catur, qui haberet solum Contritionem ut  
duo, si auxilium non est sufficiens ad alium  
gradum, & alter qui habet majus auxilium,  
non justificaretur per Contritionem ut sex,  
quod est inconveniens; maximè si hic habeat  
pauciora peccata.

Præterea interrogo, peccatum commissum  
eum affectu ut quatuor, exigit dolorem in-  
tensum ut quatuor? Si affirmes; infero: ergo  
contingere posset, quod qui cum majori affectu  
commississet peccatum levius, magis intensè  
deberet conteri; quàm qui cum minori affectu  
commississet peccatum gravius. Vel si etiam  
intentio Contritionis debeat correspondere  
gravitati objectivè peccatorum; assignet nobis  
Hiquæus, vel aliquis alius, quanta intentio  
requiritur pro singulis peccatis, & credimus  
Deum illam præcipisse; quod si fieri non po-  
test, cur credam Deum præcepisse, quod nul-  
latenus possum scire, an fecerim?

265. Si dixeris: Peccator debet totum facere  
quod potest. Respondeo: ergo etiam debet  
omnibus modis possibilibus satisfacere per  
orationes, jejunia &c. quod constat esse fal-  
sum. Deus siquidem à peccatore requirit ex  
necessitate summam satisfactionem solum in  
specie, non in individuo, quia primum facile  
potest præstare, secundum verò moraliter est  
impossibile.

Et verò existimas, sufficere summum do-  
lorem intensivè, si non sit summus appetiati-  
vè? Minimè inquis. Cur ergo non dicis no-  
biscum, sufficere summum dolorem appetiati-  
vè? Certè verba Alenfis non alium dolorem  
requirunt, nam magis dicitur dolere de pec-  
cato, quàm de amissione oboli, qui magis dolet  
appetiatiivè, id est, mallet amittere obolum,  
quàm peccare, estò magis sensibiliter dolet de  
amissione oboli.

Hæc sunt ipsissima verba Doctoris Irrefra-  
gabilis 4. parte q. 68. m. 1. a. 3. circa medium:  
Si alicui displiceret quòd Deum offendisset per pec-  
catum, & illa displicentia non excederet displicentiam  
amissionis unius oboli, nulli est dubium, quin illa  
displicentia insufficientes esset ad hoc quòd esset dolor  
Contritionis. Dolor autem passio, quæ est affectio  
doloris sensibilis, sive fit in parte rationali, sive in  
parte sensibili, non potest esse nimis parvus, dummo-  
do dolor ille, qui est dissensus sive displicentia ratio-  
nabilis sufficiat. Medioeriter enim afficit sensibili do-  
lore, sive ex parte rationali, sive ex parte sensibili,  
non est in nostra potestate, propter quòd videtur quòd  
dolor huiusmodi minimè sufficit.

Quid vobis videtur de Alenfi? Nonne in  
terminis idem ferè docet, quòd D. Bonaven-  
tura supra? Et Seraphicus Doctor quid am-  
plius requirit ad veram Contritionem, quàm  
ut habeat prædominium, id est, ut sit maxi-  
mus dolor appetiatiivè; hoc est, quòd  
nullo

nientia qua  
sequitur ex  
necessitate  
doloris sum-  
mè intensi  
gradualiter.

265. Objectio  
soluitur.

Dens non  
requirit à  
peccatore  
summam  
satisfactio-  
nem in in-  
dividuo.

266. Offendit  
Alenfiem  
solum requi-  
ere sum-  
mum do-  
lorem appre-  
tiativum.

Vt etiam  
S. Bonavent.  
docet.



nullo pacto, nullo commodo vel incommodo velit in peccatum consentire vel consentire?

267. Quando secundum Alensem displicentiam oboli, quando sic displiceret peccatum, ut pro retinendo obolo vellet in peccatum consentire, vel consensisse; quæ displicentia indubiè non est vera Contritio: tunc autem displicentia peccati excederet displicentiam oboli, quando pro retinendo obolo nollet in peccatum consentire vel consensisse, & talis displicentia esset sufficiens ad hoc quod esset dolor Contritionis.

Hinc cum sibi objecisset Alensis definitionem Contritionis, puta, est dolor assumptus pro peccatis cum proposito confitendi & satisfaciendi, in qua definitione non determinatur major vel minor intensio doloris, Respondet: Potest dici quod ipsa definitio insinuat dolorem debere aliquo modo intendi ad hoc quod sit dolor Contritionis, per hoc quod in ea ponitur cum proposito confitendi & satisfaciendi. Cum enim confessio & satisfactio de peccatis gravibus, gravem penam importent, patet quod non cuilibet parvo dolori pro peccato convenit illa definitio, quia parvus dolor non exerceret ex se firmum propositum confitendi, & satisfaciendi.

268. Optima responsio, nullatenus opposita communi Doctrina. Nam, amabo, quis unquam Catholicus docuit sufficere ad justificationem dolorem quantumcumque parvum?

Nonne Concilium Tridentinum ait sess. 14. c. 4. Contritio, que primum locum inter dictos penitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero? Planè sic loquitur, manifestè significans haud sufficere quemcumque animi dolorem, etiam cum Sacramento Penitentia, sed debere esse talem ac tantum, ut saltem virtualiter sit propositum non peccandi de cætero.

Ad hoc autem requiritur, ut aliquo modo intendatur, puta, ut displicentia peccati excedat displicentiam cuiuscumque mali temporalis, id est, requiritur intensio objectiva, non autem gradualis, de qua in toto Tridentino nulla fit mentio, bene de objectiva, cap. 4. citato, ubi docet Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse, id est, procedere ex objecto motivo charitatis, hominemque Deo reconciliare, priusquam Sacramentum Penitentia actu suscipiatur.

Conclusio.

Ex quibus omnibus liquet, SS. Patres & antiquos Scholasticos, uti etiam Concilia, licet non utantur ly amore appetitativo, seu intensio essentialiter vel emittive, rem tamen ipsam satis manifestè indicare.

269. Quamvis intensio & remissio magis proprie determinantur gra-

dum. Nonne per actum scientia remissum intellectus firmius adhæret objecto, quam per opinionem intensam? Similiter per actum fidei remissum, magis firmiter, quam per actum scientia valde intensum? Ergo non solum datur majus & minus in qualitatibus, penes intensiorem & remissionem gradualem, sed etiam in essentia, vi agendi & resistendi, ac conjungendi potentiam cum objecto. Ille ergo dolor est vera Contritio, quæ ita firmiter conjungit voluntatem cum Deo, ut malit potius quilibet facere, vel omittere, quam peccare.

Rectè, inquit aliquis; verum appetitionem illam & firmitatem, non habet detestatio efficax peccati supra simplicem displicentiam, ex ratione specifica: ergo solum ex ratione individuali; sed nulla ratio individualis actus potest tribuere illam firmitatem & appetitionem, seu inhesionem firmam potentia, præter solam intentionem gradualem actus: ergo ab illa habet hunc effectum, & non ex ratione specifica.

Probatur Subsumptum; quia non habet continuationem seu durationem actus, quia perinde potest durare simplex displicentia ex libertate voluntatis: neque habet ab alio, quia nihil aliud est ratio tendendi in objectum voluntati, præter solam substantiam & intentionem actus, quæ integrat substantiam ejus; ergo nihil aliud firmat voluntatem quantum ad illam adhesionem proximè & in exercitio, quam ipsa intensio actus.

Confirmatur à simili: sicuti motivum extrinsecum, quod fortius movet potentiam, fortius etiam subigit potentiam, in eo quod fortius & intensius moveat; ita etiam ipse actus intensior respectivè ad actum remissum, perfectius determinat potentiam ad objectum formaliter, quam actus remissus; & consequenter differentia hæc firmitatis seu majoris adhesionis, fundatur in ejus perfectione intensiva, & non specifica.

Probatur Major; quia simplex displicentia peccati habet bonitatem eandem in specie ex objecto, quam habet voluntas efficax: ergo ad formandam voluntatem seu displicentiam de peccato efficacem, quæ est offensiva Dei, non sufficit sola bonitas ex objecto. Probatur Antecedens; quia voluntas simplex est dilectio Dei propter se, & displicentia peccati propter Deum offensivum: idem ipsum est objectum sub eadem formali ratione displicentia efficax; quia ordo ad media non est differentia formalis, sed materialis; & objectum ut attingitur sub eadem ratione formali, non est natum communicare voluntati diversam in specie bonitatem, nisi mutetur saltem modus proponendi: cum eadem ergo bonitate formali secundum speciem, fiat unum actum non esse sufficientem, alium verò sufficientem.

dam in ce...  
circumstan...  
tis possit...  
& debet...  
determinare...  
speciem.  
270. Obicitur...  
quod enim...  
ratio effi...  
cax non ha...  
bet appet...  
itionem  
& firmat...  
tem nisi ab...  
intentione...  
graduali.  
271. & confir...  
matur à se...  
mili.  
272. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
273. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
274. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
275. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
276. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
277. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
278. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
279. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
280. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
281. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
282. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
283. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
284. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
285. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
286. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
287. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
288. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
289. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
290. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
291. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
292. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
293. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
294. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
295. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
296. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
297. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
298. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
299. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.  
300. Hinc da...  
bet effica...  
sufficiat.

Ita pro sua sententia ex ratione argumentatur Hiquæus supra n. 101. sed non evincit intentum; siquidem

Respondetur primò, etiam simplicem complacentiam seu voluntatem inefficacem habere suam intentionem gradualem, subinde æqualem, immo majorem, quàm habeat voluntas efficax; potest enim quispiam ex majori conatu potentia, simpliciter sibi in aliquo bono complacere, quàm alius illud efficaciter appetit: jam autem ex majori conatu nascitur intentio gradualis; sic damnati v. g. cum majori conatu, & ex consequenti cum majori intentione graduale appetunt Deo mala per simplicem complacentiam, quàm multi viatores efficaciter desiderant Deo bona.

Et verò quis dabitur voluntatem efficacem posse esse remissum; & unam intensiorem esse alterà? Neutiquam ergo per intensiorem voluntas ex inefficaci fit efficax, vel assignet nobis Hiquæus gradum intensiõnis qui præcisè sit necessarius ad actum efficacem, quandoquidem, ut jam dictum est, unus actus efficax potest esse altero intensior.

Dices: illa intensio constituit actum efficacem, quæ includit absolutum ordinem ad media applicanda pro consecutione finis.

Sed contra: ergo per illum ordinem, & non per intentionem distinguitur actus efficax ab inefficaci; porro ordo ille potest haberi & de facto reperitur sine ulla determinata intentione graduale in actu amoris Dei super omnia appetitativo, vel, ut mox dixi, assignet Hiquæus quis præcisè gradus intensiõnis in isto actu requiratur, ut sit efficax.

Hæc clariora fient ex illis, quæ lego apud Scotum 4. dist. 49. q. 10. n. 12. ibi: Quando ergo dicitur, quod beatitudo ostenditur ut impossibilis eis (damnatis) & sub ratione impossibilis & ubi non est spes de consequendo aliquo, vel omnino non appetitur vel tenetur; dico, quod duplex est volitio, una est efficax, quæ est respectu finis per media ordinata ad illum finem consequendum; alia est simplex seu conditionalis, quæ est respectu alicuius finis, non exequendo media, ad illum finem consequendum, sed simpliciter appetitur finis ille, & vellet tendere in ipsum, si posset, & si obiectum esset secundum se præsens.

Primo modo (prosequitur Doctor Subtilis n. 13.) non est volitio alicuius apprehensi sub ratione impossibilis. Exemplum de sanitate ostendit diversis infirmis. Secundo modo potest esse respectu impossibilis, & maxime intensa (nota bene) & in tali volitione potest esse meritum vel demeritum; ut si aliquis appetat fornicari, quando ipsum impossibile est habere opportunitatem: & sic damnati maxime volunt beatitudinem ut bonum commodum, & fortè intensius (inefficaciter) quàm nos in via (efficaciter) licet eam apprehendant ut impossibilem eis, & maxime delectarentur in consideratione illius obiecti, si dimitterentur: & in hoc fortè habent maxi-

nam penam, quia sic detinentur ab igne in consideratione sua, quod non permittuntur considerare Deum, ut est obiectum naturalis beatitudinis, & etiam se ipsos in quibus maxime delectarentur.

Accedat quod scribit in Repert. (1. im- velle effi- pressions) 1. dist. 48. n. 11. Velle efficax sub- est inien- dividitur; aliud est intensum, ut cum homo vult cum tum; aliud ultimatè potentia aliquid; aliud velle efficax remis- remissum sum, ut cum quis vult aliquid efficaciter, non tamen ex scoto. secundum totum conatum.

Quid videtur vobis de scoto? Numquid (sicut Commentator ejus Hiquæus) distinguit volitionem efficacem ab inefficaci per majorem intensiõnem gradualem? Nemo non videt oppositum, qui habet oculos apertos ad videndum. Concedit quippe damnatos maxime intensè, immo fortè intensius inefficaciter velle beatitudinem, quàm nos in via efficaciter. Verba ejus sunt apertissima. Per quid ergo illas volitiones distinguit? Per ordinem ad media; quæ voluntas applicat, vel non applicat ad finem consequendum. Præterea per obiectum, quoniam voluntas inefficax potest esse respectu impossibilis; secus voluntas efficax.

Quamquam subinde Doctor per velle remissum intelligat voluntatem inefficacem, ut patet 1. dist. 47. q. unica n. 2. ibi: *Vtrumque (puta velle & nolle) in nobis potest distinguere, ut velle distinguatur in velle efficax, & in velle remissum, ut dicatur velle efficax, quo voluntati non tantum complacet esse voliti, sed si posset statim ponere volitum in esse, statim poneret... voluntas autem remissa est, quæ ut placet volitum, quod tamen voluntas non ponit illud in esse, licet posset ponere illud in esse.* Hæc ille, clarè distinguens velle remissum ab efficaci voluntate non per gradus accidentales, sed per ordinem ad media.

Atque ut ordo ille ad media non esset differentia formalis in obiecto, sed dumtaxat materialis; num ideo volitio efficax & inefficax circa idem obiectum possibile, v. g. beatitudinem in via non distinguerentur specie physica, sed solum numero penes majorem vel minorem intensiõnem accidentalem? Haud puto; nam mihi probabilius est, actus voluntatis & intellectus distingui specie, non tantum penes obiectum formale, sed etiam respectu obiecti materialis, v. g. in intellectu fidem Trinitatis, & fidem Incarnationis.

Ratio est; quia fides Trinitatis, & fides Incarnationis essentialiter plus distinguuntur, quàm hæc & illa fides Trinitatis; sicut plus essentialiter distinguuntur visio hujus & illius albi, quàm hæc & illa visio ejusdem albi, licet omnes representent rem sub ratione albedinis.

Quippe una visio unius albi ita ex sua essentiali & intrinseca ratione terminatur ad unum album, ut non possit terminari ad alterum, ad quod altera visio essentialiter terminatur.

275. Scorus non distinguit volitionem efficacem ab inefficaci per majorem intensiõnem gradualem; sed per ordinem ad media;

licet subinde per velle remissum intelligat voluntatem inefficacem;

276. Actus intellectus & voluntatis distinguuntur specie etiam penes obiectum materiale;

Probatiõ;

natur. Similiter fides Trinitatis ita essentialiter terminatur ad Trinitatem, ut non possit terminari ad Incarnationem, & e contra.

277. Si ergo essentialiter distinguuntur, & plus quam dae fides Trinitatis, sequitur quod ad minus specie distinguuntur; species enim est, quae de pluribus solo numero differentibus in quid adaequatè praedicatur: porò fides Trinitatis praedicatur in quid adaequatè de hac & illa fide. Idem cernitur in visionibus beatis, quae quamvis habeant idem obiectum primum & formale, scilicet essentiam divinam, pro diversitate tamen obiectorum secundariorum & materialium specie inter se distinguuntur, ut docet Smising de Deo uno tract. 2. disp. 6. n. 261.

278. Quid dicam de actibus voluntatis? Eadem ratione idem de ipsis probatur; quia, inquit Smising supra, cum similiter ex sua essentiali ratione terminentur hoc vel illo modo, quot erunt modi terminationis, non solum ex parte obiectorum primorum & formalium, sed etiam secundariorum & materialium, tot erunt species actionum voluntatis, ita ut alia sit species volitionis terminatae ad hoc volibile, alia verò species volitionis terminatae ad aliud volibile, etiam sub eodem communi motivo formali & primario. Haec ille.

279. Quæris exemplum? Ecce tibi amor Dei, & amor proximi propter Deum, actus specie physica distincti, quamvis habeant idem obiectum primum & formale, scilicet bonitatem divinam: actus, inquam, specie physica distincti, tum propter distinctum obiectum materiale, tum propter diversam applicationem obiecti primarii, nam bonitas divina intrinsecè competit Deo, extrinsecè proximo.

Quod non est contra Scotum 3. dist. 28. ut perperam existimat Franciscus del Castillo de charitate disp. 2. q. 6. n. 2. nam ibi solum loquitur Doctor de habitu charitatis, quem libenter admittimus esse unicum, & tantummodo specificari ab obiecto formali & primario, quod est unicum, scilicet bonitas divina in se; interim negamus actum charitatis, de quo Scotus ibi non tractat, ut statim ostendo, solummodo diversificari penes illud obiectum; sed audacter sustinemus, etiam specie distingui penes obiectum minus principale, sive applicationem obiecti primarii, vel etiam penes obiectum materiale, quod Scotus ibi non negat.

Distinctione citatà q. un. n. 2. sic inquit: Ex hoc patet qualiter habitus charitatis sit unus, quia non respicit primò plura obiecta, sed solum Deum respicit pro primo obiecto, ut in se bonum primum: & secundario velle eum diligi, & per dilectionem haberi à quocunque quantum est in se; quia in hoc est perfecta & ordinata dilectio eius: & hoc volendo diligo me & proximum, ex charitate volendo mihi & sibi velle, & per dilectionem habere

Deum in se, quod est bonum simpliciter iustitia; ita quod primum obiectum est solus Deus in se; omnia autem alia sunt quaedam obiecta media quasi actuum reflexorum, medianibus quibus tendo in infinitum bonum. quod est Deus; idem autem est habitus actus recti & reflexi. Quid illustrius, quam Doctorem Subtilem hic agere de unitate habitus, & non de unitate actus?

Hinc quando ibidem n. 3. dicit: Et secundum hoc non assignatur proximum quasi secundum obiectum charitatis, sed quasi omnino accidentale obiectum; quia ut aliquid potens condiligere mecum persistit & ordinatè dilectum; nequaquam intendit simpliciter negare proximum esse secundarium obiectum, sed tantum negat proximum ita esse secundum obiectum, ut in illo siltatur, quod significat ly quasi; & colligitur ex his verbis nu. 6. ad primum argumentum patet, quomodo hic est unum obiectum tantum: & cum probatur quod sit alia ratio bonitatis in Deo & in proximo; dico, quod ratio bonitatis proximi non est ratio ultima terminandi actum, sed tantum ratio bonitatis divina: quia si in bonitate proximi tendat, hoc non est nisi actu reflexo, qui semper ulterius tendit in obiectum actus recti.

Similiter respondet ad secundum. Patet, inquit, per idem, quia hac virtus habet pro obiecto quietativo tantum Deum: tamen pro obiecto proximo in actu reflexo potest habere aliquid creatum: & ita forte visio in patria poterit habere pro obiecto aliquid creatum, non tamen siltendo ibi, sed ulterius tendendo in Deum.

Præterea ostendo Scotum hoc loco agere de habitibus, ex responsione ejus ad tertium sequentis tenoris: Ad tertium dico, quod per habitum principii tenditur in principium secundum propriam veritatem eius, quam habet ex terminis, aliam à veritate principii: non sic in proposito, sed tantum est una bonitas, quae est ratio (ultima) tendendi; non enim movet me plus bonitas proximi, quam festuca, si festuca posset Deum diligere: si enim perfecte diligo Deum, volo eum diligi ab omni potente diligere eum ordinatè, cuius dilectio ei placet.

Ubi assignat differentiam inter habitum principii & conclusionis ex una parte, & habitum charitatis ex altera, nempe habitum charitatis esse unicum, propter bonitatem divinam, quae in omnibus actibus est primum & formale obiectum; habitum autem principii & conclusionis duplicem, propter aliud, & aliud obiectum formale & primum principii & conclusionis: de distinctione autem actuum, vel unitate eorum nulla mentio.

Eisdè, inquit aliquis, si non hic, saltem alibi negat Scotus, actus specie distingui, penes distinctionem solius obiecti secundarii seu materialis. Nam 1. dist. 1. q. 2. n. 6. sic inquit: Actus omnis habens primum obiectum, à quo essentialiter

277. Conclusio. Quid sit species?

Visiones beate distinguuntur penes obiecta secundaria.

Smising.

278. Idem est de specificatione actuum voluntatis.

Exemplum, amor Dei & proximi propter Deum.

279. Quod non est contra Scotum. Franciscus del Castillo.

Quod obiectum primum, & quod secundarium charitatis?

habitus actus voluntatis...

280. Qualiter Scotus...

281. Ratio bonitatis...

282. Velle est...

Charitas tantum Deum habet...

283. Differentia inter obiecta...

284. Sed contra...

Differentia inter habitus...

285. Obiectum et scio.

stalter dependet, & obiectum secundum, à quo essentialiter non dependet, sed tendit in illud virtute primi, licet non possit manere idem actus, nisi habeat habitudinem ad primum obiectum, potest tamen manere idem sine habitudine ad secundum obiectum, quia ab eo non dependet. Exemplum: idem est actus visionis essentialiter ad primum obiectum, res visæ secundum obiectum; non potest autem manere eadem res, nisi esset eiusdem essentialiter; potest autem manere, absque hoc quod essent res visæ in ea. Sicut igitur Deus absque contradictione potest cooperari ad actum illum, in quantum tendit in primum obiectum, non cooperando in ipsum, in quantum tendit in secundum, & tamen est actus idem, ita sine contradictione potest cooperari ad visionem essentialiter vel fructivam, quia essentialiter habet quasi rationem primi obiecti, non cooperando eidem actui visionis vel fructivæ, in quantum tendit in personam; & ita in eam, quod non in actum, quia Personæ habent rationem obiecti quasi secundarii. Hactenus ille.

283. Quin immo ibidem n. 8. docet, actum, quo quis videt essentiam sine Personis, nequidem numero distinguendum ab illo, quod videt essentiam cum Personis: Per hec, inquit, ad ultimam argumentum dico, quod non erunt ibi duo actus, quia quicumque actus est ibi fructivus vel visionis, est obiecti primi sub una ratione formalis: sed iste actus unus potest esse obiecti per se virtute primi obiecti: vel potest esse tantum ipsius obiecti primi, nec ergo erunt duo actus eiusdem speciei: simul, nec successive.

Et ita tenent plures Scotistæ, existimantes eandem visionem sufficere, ut videatur obiectum secundarium de novo, mediante aliquo respectu tendentiæ superveniente, quod etiam ablato defineret videre illud obiectum.

284. Sed contra (inquit Joannes Poncius in suo Cursu theologico disp. 4. n. 61.) si posito illo respectu tendentiæ videretur obiectum, & eo ablato non videretur, potius deberet dici esse visio, quam respectus, nisi respectus ipse posset esse visio, & sic haberetur intentum, quod per visionem obiecti primarii, non possit de novo videri obiectum secundarium absque nova visione.

Deinde sicut dicit, quod per respectum de novo venientem possit de novo videri aliquod obiectum, sive tamquam per causam formalem, sive tamquam per conditionem sine qua non; posset dici, quod haberemus cognitiones omnium obiectorum nobis congenitas, & quod quamvis non videamus actu obiecta eorum, hoc non oritur ex defectu cognitionis, sed ex defectu respectus tendentiæ, qui deberet acquiri; hoc est autem absurdum, & contra omnes: ergo & id unde sequitur. Hactenus Poncius.

Ad Scotum autem respondet, eum id propositum tamquam probabile; & ita sanè sit

(inquit Poncius) vel propter ipsiusmet auctoritatem, ego contendo tantum hoc alterum, quod ego propono; esse probabilius, immo sufficeret, quod esset æque probabile. Hæc ille.

Verum abstit à me, ut propter solam auctoritatem Scoti dicam probabile, quod ex ratione probatur absurdum. Vel ergo hoc absurdum non sequitur ex illa sententia; vel illa non est sententia Scoti, quamquam ab aliquibus putetur esse.

Hinc cum Smiling supra n. 262. explico sensum illius vulgaris doctrinæ de specifica distinctione actuum per sola principia, vel obiecta primaria & formalia; & dico; cum materiales obiectorum differentie possint multiplicari quasi in infinitum; & consequenter differentie actuum, quæ sumuntur ab illis, nec possint in hac amplitudine de ultimis actuum speciebus determinata scientia haberi, quia infinitum vel quasi infinitum seu innumerabile est nobis incognoscibile; ideoque de particularibus non est scientia, voluerunt Philosophi dare regulam per obiecta prima & formalia distinguendi actus, saltem quoad infimas species subalternas seu proxima actuum genera, quæ species infimas appellarunt, non quod alias sub se non contineant, sed quod sint infimæ; ad quarum distinctionem scientifica & generalis regula pertingere potest; eo modo, quo etiam totales scientias in certâ scientiarum genera distribuerunt, non quod plurâ totalium scientiarum genera assignari non possint, sed quod ea scientiarum partitio ab illis constituta, sit apta pro dicentium captu ad tradendam ex generalibus principiis disciplinam in uno quodam abstractionis modo, seu unâ quâdam variarum rerum genera considerandi ratione connexam.

Hanc igitur loquendi modum imitatus est Doctor Subtilis, volens loqui cum multis; etsi fortè sentiret cum paucis.

Et dato quod Scotus absolutè negasset distinctionem specificam penes distinctionem solius obiecti secundarii, adhuc secundum ipsum subsistit distinctio specifica actus efficacis ab inefficaci, propter nimirum diversum modum tendendi unius, & alterius actus. Nam, ut bene advertit Doctor noster 3. distinct. 14. qu. 2. nu. 6. Est obiectum distinctum specie conclusivè distinctionem actus specie, non quidem formaliter, quia obiectum non est formaliter actus, sed casualiter, quia causa essentialiter prior necessariò requisita, in quantum distincta, concludit distinctionem in causato: non tamen unitas obiecti specifica concludit unitatem actus speciei; quia idem obiectum est obiectum omnis intellectus beati, & etiam omni voluntatis beate, nec tamen unitas est eiusdem speciei cum intellectione: possunt enim isti actus formaliter distinguì, licet non habeant obiecta formaliter distincta; & possunt etiam distinguì

283. Auctoritas

Explicat mens ratiophora, distinguendum actus speciei per sola obiecta vel principia primaria & formalia Smiling

286. Actus efficacis & inefficax distinctio

Est distinctio specifica obiecti distinctio actus speciei



causaliter abunde, quam ab obiectis, quia ab ipsis potentius, tamquam a causis suis essentialibus: & ita dato quod ab obiecto indistincto secundum speciem haberent indistinctionem, tamen ab alia causa partiali distinguerentur specie.

Philosophus. Nec Philosophus 2. de anima, dicit, quod actus habent unitatem ab unitate obiecti, sed distinctionem: & hoc nisi esset aliquod obiectum ita adaequatum actus, quod non excederet, nec posset excedi, sicut est (essentia Angeli) respectu animi sui (puta visionis intuitivae, qua ipse à se cognoscitur) forte: sic non est in proposito. Loquitur de visione creata essentiae divinae, quae non adaequatur sic.

Exemplum huius est in motu & termino, quia distinctio termini motus concludit distinctionem in motu, prout motus est forma fluens. Si illa forma sit eiusdem rationis, cum forma terminante motum; sed ideo non oportet unitatem termini motus concludere unitatem motus; quia ubi omnino idem potest acquiri diversis motibus secundum speciem, ut motu circulari, & motu recto, qui sunt incomparabiles secundum Philosophum 7. Physicorum. Utique propter diversum modum tendendi ad eandem praesentiam.

Philosophus. Ergo secundum Scotum, idem formale obiectum potest appeti diversis specie actibus voluntatis, diversis, inquam, propter diversum modum tendendi in illud unicum obiectum formale. Quod expressis terminis docet 4. dist. 49. qu. 5. ubi disputans, utrum fructio viae & patriae specie differant nu. 5. sic ait: Aliter potest dici & probabimus, quod fructio beata & non beata differunt specie, sepius quidem formaliter, sed à causis vel habitudine causarum causaliter: si enim ponatur, quod intellectio est causa, licet partialis ipsius voluntatis, & intellectio viatorum, & vista beati differunt specie; ergo & effectus, qui necessario requirunt istas causas diversas: namquam enim individuum eiusdem speciei, necessario requirit causam alterius speciei, ab illa, quam requirit aliud individuum. Si autem intellectio dicatur causa sine qua non, saltem essentialiter requiritur, & tunc sicut prius, diversa eiusdem speciei, non necessario requirunt in causis aliqua alterius speciei. .... Tunc autem potest salvari distinctio fructionum ex distinctione unum, sicut ex diversa approximatione agentis ad passum variatur effectus: auter enim (id est, alio modo) agi agens, quod per lineam rectam opponitur & approximatur passo, quam quod per reflexam, vel fractam: cognitio autem hac est quasi approximatio obiecti ad voluntatem.

287. Conclusio, quod idem formale obiectum potest appeti diversis specie actibus.

Exemplum in fructione beata & non beata ex scoto.

288. Actus efficax & inefficax specie distinguntur propter diversum modum tendendi. Quod Scotus hic de fructione viae & patriae, idem ego affirmo de actu efficaci amoris divini, & inefficaci, videlicet specie differre propter diversum modum tendendi in eandem bonitatem divinam, quem sic declaro. Efficax amor bonitatem divinam praeponeat cuicumque rei creatae incompatibili cum illa bonitate, prout est omne peccatum mor-

tale, cum quo proinde nullatenus est componibilis talis affectus, utpote directè ei oppositus; è contra verò cum simplici complacentia potest stare odium Dei, & quodcumque aliud peccatum mortale; sicut amor inefficax castitatis est componibilis cum peccato luxuriae: quamvis enim alicui simpliciter placeat castitas; tamen propter difficultatem illius virtutis, & delectabilitatem vitii oppositi, potest efficaciter velle peccatum oppositum.

Consimiliter ergo, quamvis alicui simpliciter placeat bonitas Dei, & displiceat omne peccatum; tamen propter difficultatem annexam alicui virtuti & delectabilitatem peccati oppositi, potest simul efficaciter velle ipsum peccatum; secus est in amore efficaci quantumcumque remisso, ut omnes debent concedere. Quidni ergo illi actus specie distinguantur? Non dubito distinguuntur.

Nec obstat, quod actus magis intensus fortius unit potentiam Deo; hinc enim solum sequitur, facilius hominem peccatum cum amore remisso, quam valde intenso: nunc autem Contritio charitate perfecta non consistit in eo, quod homo nunquam vel difficulter admodum sit impositurus peccaturus; sed quod de facto ita sit constitutus, sive quod ita de facto amet Deum propter se, ut si unum deberet eligere, vel peccatum, vel amorem Dei, hunc potius eligeret, quam illud, quod totum potest stare cum remissione accidentaliter actus.

Sicuti fides supernaturalis, tametsi sit firma adhesio, & super omnia, adeo ut stante illa fide, intellectus mallet cuilibet propositioni dissentire, & quamcumque veritatem naturalem negare, quam unicum articulum fidei; interim tamen potest absolute homo, & saepe non ita difficulter, articulis fidei dissentire, ut patet experientia in illis, qui ab haereticis facili saepe negotio, levibusque argumentis pervertuntur, deficiente utique applicatione motivorum fidei, & voluntate contramovente.

Non ergo requiritur ad Contritionem charitate perfectam stabilitas in operando bono, sed sufficit sola appetitio, quam falso aliter Hiquæus supra, nos statuerunt in constanti adhaesione obiecti, nisi secundum sensum iam explicatum, in quo sensu ad illam constantiam non requiritur determinata aliqua intensio accidentaliter, sed sufficit minimus gradus dilectionis Dei super omnia.

Fateor, ad vincendas omnes tentationes & cupiditates, haud sufficere quemcumque dolorem, sed magis intensum, magis ad istum finem conducere; attamen negamus illam intentionem requiri ad perfectam Contritionem, quae iustificet etiam extra Sacramentum, cum huiusmodi necessitas neque ex Scriptura, neque

Com simi plici com. placencia bonitas divina pro teni stare peccatum mortale.

291. Non omnia color effi- cas pñit- ca extra Sacramentum in peccato in effi- tione pñit.

289. Obiecto solvitur.

Contritio charitate perfecta non consistit in eo, quod homo nunquam vel difficulter admodum sit impositurus peccaturus.

Probatur à simili in fide supernaturali.

292. Naturae firmis, quae non sunt in potestate hominis.

290. Sufficit fides appetitio.

Dolor magis intensus, magis ad istum finem conducere.

293. Tentationes & cupiditates, haud sufficere quemcumque dolorem.

neque ex Conciliis, neque ex SS. Patribus, multo minus ex ratione satis clarè ostendatur. Talis itaque sit dolor, qui actu efficaciter retrahat voluntatem à peccando, estò plenissimam relinquat potestatem & facillimam impetorem peccandi.

Quamquam nec omnis hujusmodi dolor justificet extra Sacramentum, ut patet in Attritione, quæ juxta Tridentinum sess. 14. c. 4. ex impudens peccati consideratione, vel ex gehenna & purgatorum metâ communiter concipitur; nam & illam, ut disponat peccatorem ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam seu accipiendam, oportet esse dolorem efficacem, teste Tridentino supra ibi: *Si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, quantumvis sine Sacramento Pœnitentiæ, ut ibidem docet, per se ad iustificacionem perducere peccator em nequeat.*

Igitur intentio accidentalis, quæ requiritur secundum Hiquæum, ut dolor sit efficax, non sufficit ut Contritio justificet extra Sacramentum, neque ab illa præcisè habet vim delendi peccata extra Sacramentum.

A quo ergo? Respondeo à perfectione sua specifica & essentiali. Quod non repugnat doctrinæ Sanctissimi Præsul ac Eximii Doctôris Ecclesiæ D. Augustini, quem in omnibus scriptis meis suspicio ac veneror tamquam Magistrum ac præclarissimum divinæ gratiæ præconem, non, inquam, repugnat hæc nostrâ sententiæ de distinctione specifica amoris efficacis & inefficacis, sententiæ D. Augustini, quidquid in contrarium asserat Hiquæus supra n. 102. dicens: Tota hæc distinctio voluntatis remissæ & intentæ, quæ est Augustini, qui ubique reducit fundamentum efficacis ad intensiorem actûs, & non ad speciem; & intrâ eandem speciem charitatis admittit voluntatem remissam & intentam, quarum hæc est efficax, & principium operis, illa autem nequaquam: igitur de gratiâ & libero arbitrio c. 17. statuit differentiam inter operantem & non operantem bonum, ex præmissâ differentia voluntatis remissæ & intentæ.

Qui ergo vult, inquit, facere Dei mandatum & non potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & invalidam: poterit autem cum magnam habuerit & robustam. Quando enim Martyres magna illa mandata fecerunt, magnâ utique voluntate, hoc est, magnâ charitate fecerunt, de qua charitate ipse Dominus ait (Joan. 15. v. 13.) *Mentem hæc charitatem nemo habet &c.*

Et infra: *Istam charitatem Apostolus Petrus nandum habuit, quando timore Dominum ter nêgavit* (loquitur de magna & intensa, ut infra patet) *Timor enim non est in charitate, sicuti ait Joannes Evangelista in Epistola sua, sed perfecta charitas foras mittit timorem: & tamen quamvis parva & imperfecta, non deorat quando dicitur Dominus, Animam meam pro te ponam; putabat enim se posse, quod se velle sentiebat. Et*

quis istam est parvam dare cooperat charitatem, nisi ille qui preparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit? Quoniam ipse ut velle operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.

Hic Augustinus loquitur de charitate in actu; id est, actuali & etiam supernaturali, quia distinguit voluntatem bonam & donatam à Deo in parvam & magnam; parvam appellat, quæ est inefficax ad superandas tentationes, & difficultatem operis, omniaque retrahentia ab opere, idèdque fuit remissa & parva in Petro, quia non expulit foras timorem, sicut fuit magna illa charitas & amor Martyrum.

Agit etiam de voluntate operis perficiendi hinc inde: *Putabat enim, & cooperando perficit, se posse, quod se velle sentiebat &c.* Fuit ergo in eo voluntas amans supernaturaliter: quamvis non habuerit illam firmitatem, & constantiam adherendi Deo, quam habuit voluntas & charitas Martyrum, quæ solo gradu intensiõnis diserebat à voluntate Petri, quæ affectu ferebatur ad subeundam mortem pro Christo. Hactenus Hiquæus; sed minus bene ad propositum.

Nam quærò, quis est amor efficax? Quis est dolor efficax? Audiamus Hiquæum n. 101. *Actus (inquit) detestandi peccatum necessarius ad iustificacionem extra Sacramentum, debet esse efficax secundum omnes, & ex Tridentino sess. 14. cap. 4. quia debet includere propositum efficax fugiendi tam peccatum, quàm etiam causas proximas ejus, aliàs non esset vera conversio ad Deum & requisita. Item votum suscipiendi Sacramentum & præstanda reliqua: ergo non sufficit displicentia simplex ad hunc effectum, sicut neque complacentia simplex Dei ad implendum præceptum dilectionis, sine ordine ad media, quibus acquiritur finis; quia qui diligit me, sermones meos servat &c.* Hæc ille. Igitur secundum Hiquæum, iste dolor est efficax, similiter amor, qui includit propositum efficax servandi mandata divina.

Sed numquid quia Deus scit me cras peccaturum, idèd hodie non possum habere propositum efficax servandi mandata divina? Quis tam stolidus ut affirmet? Numquid quotidie experimur, homines mortales & fragiles non observare omnia mandata divina, & proch dolor sæpè sæpiùs peccare mortaliter, & relabi in peccata legitime confessâ, & per absolutionem sacramentalem remissâ? Num inde bene inferitur: ergo hujusmodi peccatores numquam habuerunt dolorem aut amorem efficacem, vel propositum efficax fugiendi omnia peccata? Profus inscius & rudis esse debet, qui hoc audeat asserere. Nam sine dolore aut amore efficaci nulla remittuntur peccata, etiam

294. Qui loquitur de charitate actuali & supernaturali.

nec non de voluntate operis petri sciendi.

295. Quis sit amor & dolor efficax? Hiquæus.

Possum hodie habere propositum efficax servandi mandata divina, etiam si sciam me cras peccaturum.

etiam

289. Obiectio solvitur. 290. Sufficit sola operatio...

etiam in ipso Sacramento. Quomodo ergo ex hoc quod Petrus postmodum negavit Christum, bene colligitur amorem præcedentem, quem habebat, quando dicebat: *Animam meam pro te ponam*, non fuisse efficacem?

296. Quid ergo ad D. Augustinum? Respondet, hic est sensus verborum Divi Augustini (salvo meliori iudicio) *Qui ergo vult facere Dei mandatum*, id est, absolute proponit de cætero non peccare, & non potest, id est, non facit, sed victus postmodum tentatione sive cupiditate, peccat, *iam quidem*, id est, pro tempore, quo vult facere, *habet voluntatem bonam*, quia peccatum subsequens, cuius de facto nullus est affectus, nequit inficere presentem voluntatem non peccandi, *sed adhuc parvam & invalidam*, id est, non satis intensam ad superandas omnes tentationes, & omnem difficultatem operis boni, omniaque retrahentia ab opere bono, & proinde facile amissibilem & corruptibilem per subsequens peccatum: *Potest autem*, id est, faciet Dei mandatum, etiam maxime arduum, *cum magnam habuerit & robustam*, id est, valde intensam, utpote quæ fortius unit potentiam Deo, & per consequens difficilius amittitur aut corrumpitur per tentationem aut cupiditatem subsequentem.

Hanc voluntatem magnam & robustam habuerunt Martyres, qui non tantum voluerunt mori pro Christo (ut alii multi Sancti) sed etiam re ipsa mortui fuerunt, actualem mortem præeligentes peccato. Istam autem Charitatem seu voluntatem Apostolus Petrus nondum habuit, quando timore Dominum ter negavit, malens utique peccare, quam mori; & tamen quamvis parva & imperfecta, non deerat quando dicebat Domino: *Animam meam pro te ponam*.

297. Sed numquid deerat, quando timore Dominum ter negavit? Plane; neque enim propositum efficacem, dolor efficacem, amor efficacem stare possunt: cum actuali peccato mortali; estò unum propositum efficacem possit esse magis intensum, quam aliud, ut supra admisimus; similiter unus dolor aut amor efficacem, magis intensus, quam alius.

Interim propositum efficacem quantumcumque parvum, ut etiam amorem aut dolorem efficacem quantumvis exiguum & minimam intentionis accidentalis, nemo dat, nisi ille, qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit. Quoniam ipse ut velimus operatur incipiens (per gratiam prævenientem) qui volentibus cooperatur (per gratiam efficacem) perficiens. *Ut ergo velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur, tamen sine illo vel operante, ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus.*

Ecce mens D. Augustini, quæ in nullo præjudicat nostræ doctrinæ, ut patet ex dictis. Non enim hodierna Contritio dicitur charita-

te perfecta, vel imperfecta, efficacem, vel non efficacem, quia impedit vel non impedit peccatum crastinum; sed quia procedit ex motivo dilectionis Dei propter se, vel alio inferiori, & pro tunc non compatitur vel compatitur secum affectum vel saltem unius peccati mortalis; quod autem ad illam incompatibilitatem requiratur aliqua intensio, ne leviter quidem hic vel alibi indicat D. Augustinus.

Dices; secundum D. Augustinum Enarr. in Epistolam ad Galatas: *Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est*: ergo nisi amplius delectet bonitas divina, quam peccatum, non erit amor efficacem, sed simplex tantum complacentia conjuncta cum affectu peccati; ergo requiritur major intensio in actu dilectionis, quam in cupiditate peccati; ergo requiritur aliqua intensio ut dilectio, & per consequens Contritio procedens ex motivo dilectionis, sit efficacem.

Respondet ut supra: requiritur aliqua intensio entitativa & objectiva, concedo totum; aliqua intensio accidentalis & gradualis, neg. Conseq. nam tunc amplius nos delectat bonitas divina, quam peccatum, quando parati sumus potius quilibet facere vel omittere, quam peccare.

Sensus igitur verborum D. Augustini sit ille: *Quod amplius nos delectat*, id est, quod supra aliud appetitivè diligimus, utique per electionem & deliberatum actum voluntatis, ipsi præ alio adhaerendo, *secundum id exterius operemur necesse est*, ut v. g. (pergit D. Augustinus) *occurrit sermo specioso feminae, & movet ad delectationem fornicationis, sed si plus delectat pulchritudo illa intima & sincera speciei & sicutis per gratiam, quæ est in fide Christi, id est, si non obtante illa motione seu tentatione, absolute eligo & deliberatè volo honestatem castitatis, secundum hanc vivimus, & secundum hanc operamur*, exterius nos continendo à peccato fornicationis, quod, ut patet, non est contra nostram sententiam, sed maxime illi conforme. Et similiter intelligi possunt alia loca D. Augustini: quæ Hiquæus supra n. 104, 105, & 106. pro se adducit.

Ut etiam forma præcepti charitatis, vedelicet illa verba: *Ex toto corde*, & similia, ex quibus sic argumentatur prædictus Auctor n. 107. Illa verba denotant materiam præcepti quantum ad modum dilectionis, & etiam detestationis, ut patet ex tanta exaggeratione; deinde ex præcepto diligendi proximum sicut teipsum, non verò super omnia, neque ex toto corde, sicut debet diligere Deus. Sed nequit referri præceptum quoad modum actus & conatus, ad solam speciem actus; ergo ad aliquam ejus qualitatem. Minor patet, quia species actus habetur ex illis verbis: *Diliget Dominum Deum tuum*; ergo reliqua superfluerent, nisi determinarent aliquam circumstantiam,

296. Respondetur ad D. August. & mens ejus explicatur.

Martyres habuerunt magnam & robustam voluntatem.

quam non habuit Petrus, quando Dominum negavit;

297. immo nec tunc parvam habuit, quam antea habuerat.

Propositum efficacem quantumcumque parvum non datur, nisi à Deo.

Contritio non dicitur charitate perfecta

298. Obiectum est S. Aug.

Responsio

299. Epistolam tur rebus S. August.

300. Quomodo intelligenda illa verba? Ex toto corde &c.

301. Appetitio est ipsa libere extra affectus, quæ est motus animi generalis objectum.

302. Adhibito hinc non in hinc.

tiam, & modum diligendi, qui nequit esse species actus ex motivo & objecto, hoc est, perfectio specifica ex objecto &c.

Respondet, modum diligendi super omnia esse speciem actus, sive tribuere specificam perfectionem actui charitatis, quæ nullatenus invenitur in simplici complacentia ejusdem bonitatis divinæ, ut supra latius deduximus. Illam autem perfectionem voca, si placet, & non errabis, appretiationem.

Et si velis scire cum Hiquæo, in quo fundetur ista appretiatio, & ad quam circumstantiam reduci possit, vel qualem differentiam addat, liquidò constat ex dictis, esse ipsam substantiam specificam actus, ortam ex modo attingendi objectum; ut, quoniam bonitas divina infinitè superat, & essentialiter excedit omnem bonitatem creatam, actus ille bonitatem divinam quæ talem attingat. Ratio naturalis (inquit Scotus 3, dist. 27, q. 1. n. 13.) ostendit naturæ intellectualis esse aliquid summè diligendum: quia in omnibus actibus & objectis essentialiter ordinatis, est aliquid supremum, & ita aliqua dilectio suprema, & ita supremum obiectum sic diligibile: ratio autem naturalis non ostendit aliud à bono infinito esse summè diligendum &c.

Et verò supremum obiectum existimas, quia supremum est accidentaliter, & non essentialiter seu entitativè? In omnibus actibus (inquit Scotus) & obiectis essentialiter ordinatis, est aliquid supremum, quò dubitare potest, an supremum essentialiter? Et ita aliqua dilectio suprema, non tantum accidentaliter, sive secundum intentionem gradualem; sed maximè essentialiter & entitativè, ut obiectum ejus est maximè essentialiter & entitativè supremum, ut patet in bonitate divinæ, quæ essentialissimè, ut ita loquar, superat omne creatum obiectum diligibile, ac proinde dilectio ejus quæ talis, essentialissimè excedit omnem dilectionem obiecti creati; immo & simplicem complacentiam obiecti increati, quæ non attingit illud obiectum quæ tale est, id est, non attingit bonitatem divinam seu Deum propter se super omnia, sicuti verè attingibilis est, & necessariò attingitur per quemcumque actum charitatis supernaturalem, etiam maximè remissum gradualiter.

Hæc sit igitur finalis resolutio contra Hiquæum: Contritio charitate perfecta seu justificativa extra Sacramentum, specie distinguitur ab alio quocumque dolore non justificativo extra Sacramentum, & non tantum per majorem intentionem gradualem; adeoque nullam requirit determinatam intentionem, in tantum, ut etiam justificaret, etsi homo intensus gradualiter (quod possibile est) diligeret creaturam quàm Deum, vel intensus gradualiter doleret de amissione honorum temporalium, quàm de offensa Dei. Pro quo

Nota, intentionem amoris aliam esse sensitivam, aliam intellectivam seu rationalem; prior comitatur actum appetitus sensitivi, posterior actum voluntatis, prout voluntas est, prior assimilatur amori cum teneritudine, quomater diligit filium; posterior amori, quomater diligit filium, scilicet cum firmitate, utpote qui pro eo salvando magis se exponit periculo.

Deinde in voluntate alia est intentio amoris secundum portionem inferiorem, quæ participatur ab anima, prout conjuncta corpori; alia secundum portionem superiorem, quæ regulatur secundum regulas fidei, & hæc consistit in majori æstimatione hujus obiecti propter se voliti, quàm illius propter se voliti.

Licet ergo quilibet teneatur plùs diligere Deum, quàm patrem aut matrem, id est, majori intentione essentiali seu rationali, vel intellectuali, & secundum portionem superiorem; equidem non plùs, id est, magis intensivè secundum teneritudinem, & juxta portionem inferiorem voluntatis, sive secundum gradualem intentionem, sed videtur quòd illa ratione magis intensivè possimus amare nos ipsos, & parentes, quàm Deum.

Siquidem læpissimè experimur amorem magis intensum illo modo erga nos, vel parentes, quàm erga Deum; tametsi malleus omnia alia non esse, quàm Deum moraliter offendere; adeoque non obstante illà majori intentione graduali in actu amoris proprii vel parentum, magis æstimamus Deum propter se, quàm quodlibet aliud obiectum volitum propter se, & magis nos exponimus pro repugnando cuilibet opposito divinæ voluntati, secundum quod nobis constat, tam per rationem naturalem, quàm per fidem, opponi, quæ est major intentio essentialis seu entitativa in actu voluntatis secundum portionem superiorem.

Hæc si Deum magis intensè gradualiter deberemus diligere, quàm creaturam, homo semper foret plenus scrupulis; quandoquidem intentionem actus sui vix aut ne vix quidem possit cognoscere.

Quin sequeretur, quòd ille, qui solum dilexit Deum ut sex; numquam posset elicere amorem parentis ut septem, etiam quando non tenetur amare Deum (nam sic amaret creaturam plùs quàm Deum) quod patet esse absurdum; quoniam amor ille parentis ut septem, est actus honestus & virtutis, utpote habens honestum obiectum, ceterasque circumstantias requisitas ad esse virtutis; quippe per illum non pluris æstimatur creatura quàm Deus, ut constat ex dictis, ac proinde nullus hic intercedit nequidem virtualis contemptus Dei.

Appositè D. Augustinus Epist. 89. Cùm enim omnis qui renunciat huic sæculo, sine dubio

303. Alia est intentio amoris sensitiva, alia intellectiva.

Intellectiva alia secundum portionem inferiorem, alia secundum portionem superiorem.

304. Tenemur plùs diligere Deum, quàm patrem aut matrem secundum portionem superiorem.

secus secundum portionem inferiorem.

305. Inconveniens est quæ sequitur ex obligatione amandi Deum magis intensè gradualiter, quàm creaturam.

306. Quid sit renuncius

298. Objectio S. Ang.

301. Appretiatio est ipsa substantia specificam actus, ortam ex modo attingendi obiectum.

302. Ratio naturalis ostendit naturæ intellectualis esse aliquid summè diligendum.

299. Explicatur verba S. Augustini.

300. Quomodo intelligatur illa verba: Etsi homo intensus gradualiter diligeret creaturam quàm Deum.

301. Inconveniens est quæ sequitur ex obligatione amandi Deum magis intensè gradualiter, quàm creaturam.

306. Quid sit renuncius



plus dilige  
Christum quam  
divitias ex  
D. Aug.

Lac. 14. v.  
31

307.

Lac. 14. v.  
31

307.  
Plus diligit  
Christum  
quam divi-  
tias, qui  
paratus  
est relin-  
quere, si  
non possit  
habere, nisi  
dimisso  
Christo,

Intellectus  
per remif-  
sum actum  
scientia  
firmius  
inheret con-  
clusioni  
quam per  
intantum  
actum opi-  
nionis.

Intensio  
gradualis in  
actu fit ex

renunciet omnibus, que sunt eius, ut post Christi esse discipulus: ipse enim, cum de sumptibus ad turris adificium necessarius, & de bello adversus regem alterum preparando, similitudines promississet, admixit sic: Qui non renunciat omnibus que sunt ejus, non potest meus esse discipulus, profecto renunciat etiam divitiis suis, si quas habet: aut sic, ut eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, & superfluis exoneretur sarcinis: aut sic, ut plus diligens Christum, spem ab eis transferat in ipsum, atque ita utatur illis, ut facile tribuens & communicans, thesaurizat in celo, paratusque sit quemadmodum parentes, & filios, & fratrem, & uxorem, hoc modo & istas relinquere si talis conditio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habere non possit.

Nam si aliter huic seculo renunciat, quando accedit ad fidei Sacramentum, facit quod de lapsis Beatus Cyprianus ingemuit dicens: Sæculo verbis solis renuntiantes & non factis; de hoc quippe dicitur, cum veniente tentatione, magis ista metuit amittere, quam Christum negare: Ecce homo qui cepit ædificare, & non potuit perficere. Ipse est etiam, qui cum adhuc longe esset adversarius eius, misit legatos quærens pacem, id est non dum affligente, sed adhuc imminente, ac minime tentatione, ut is non careat que plus diligit, at relinquendum Christum negandumque, consentit.

Adhuc dubitas, quoniam secundum mentem D. Augustini plus diligit Christum, quam divitias? Resolutio in promptu est; qui paratus est quemadmodum parentes, & filios, & fratres, & uxorem, hoc modo & istas relinquere, si talis conditio posita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habere non possit: cum quo modo apertissime componitur major dilectio gradualis divitiarum, parentum, filiorum, fratrum, & uxoris; quia quamvis, ubi est major appetitio & intensio essentialis, etiam sit major intensio gradualis, quando causæ, quæ movent ad amorem aliquorum objectorum, sunt ejusdem rationis, & eodem modo applicatæ; secus tamen quando rationes amandi sunt diversæ, vel diversimodè applicatæ.

Fieri ergo potest, ut voluntas, propter rationem majoris momenti, firmius adhaereat alicui objecto, tamen minus intensè gradualiter, ex defectu conatus potentia. Patet à simili in actibus intellectus; nam per actum scientificum, ut superius diximus, licet remissum, firmius inhæret intellectus conclusioni, quam per intensissimum actum opinionis; similiter per actum fidei magis remissum firmius adhæret intellectus articulis fidei, quam per intensum actum scientiæ aut opinionis, idque propter diversam rationem motivam.

Enimverò intensio gradualis in actu fit ex vehementia objecti moventis, non ita ex dignitate aut perfectione. Cum itaque ob-

jectum sensibile suapte naturâ vehementius moveat voluntatem, quam objectum spirituale; voluntas namque sequitur cognitionem, cognitio autem pro hoc fita dependet à sensibus, quibus sensibilia sunt proximiora, hinc fit ut parentes, filii, fratres &c. aliquando vehementius moveant voluntatem, quam Deus.

Hinc sicuti non peccat contra fidem, qui intensiori actu scit Deum esse, quam credat Deum esse; sic nec etiam peccat contra charitatem, qui actu magis gradualiter intenso amat patrem aut matrem, quam Deum; dummodo Deum amet magis appetitivè sive magis intensè essentialiter.

Cæterùm D. Bonaventura supra sic ait: Quod si intelligatur de dolore sensualitatis, ad omnes per interemptionem solvendum est; sicut tantum est, quia sequitur experientiam & delectationem, & etiam complexionem, vel aliquid tale: ideo sensibilibus magis dolet quis de morte unigeniti, quam de peccatis, & tamen secundum Doctorem Seraphicum sufficienter ad remissionem peccatorum: ergo non peccat qui sensibilibus plus amat unigenitum, quam Deum.

Quæ cum ita sint, liquet profectò quòd neque ex Scriptura neque ex Conciliis, neque ex SS. Patribus, minus ex ratione evincitur necessitas alicujus determinatæ intensiois gradualis; ut proinde probabilissimum sit quancumque minimam Contritionem charitate perfectam statim & semper justificare, etiam extra necessitatem, & casum Martyrii, remittere, inquam, extra Sacramentum quancumque gravissima, & quasi infinita peccata mortalia. Sit itaque

CONCLUSIO IX.

Omnis Contritio charitate perfecta, etiam minima intensiois gradualis, remittit quancumque peccata mortalia extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramentorum.

Hæc Conclusio videtur esse Concilii Tridentini sess. 14. c. 4. ubi absque ulla limitatione peccatorum, vel necessitatis, aut Martyrii, & sine mentione aliqua intensiois vel durationis, generaliter planè affirmat, Contritionem charitate perfectam hominem reconciliare Deo, antequam Sacramentum Penitentia (eadem est ratio Baptismi) suscipiatur. Hæc sunt verba Concilii: Docet præterea sancta Synodus esse Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat; hominemque Deo recon-

vehementia  
objecti mo-  
ventis.

308.  
Non peccat  
contra  
fidem  
qui  
intensiori  
actu scit  
Deum esse,  
quam  
credat  
Deum  
esse.

312.  
At Bolla lo-  
quens de  
charitate  
actuali an  
reus de hæ-  
retici?

309.  
Constitutio

De libe-  
ratione  
reus non  
convenit  
reus, sed  
negi-  
peritenti  
fides est  
supplicat  
bonæ pu-  
ritatis.

313.  
Nihil ab-  
solutè non  
liberum  
sunt.

310.  
Conclusio  
probatæ  
Conc.  
Trident.

Mark 12